Quelle: http://manuscripta.at/?ID=887
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

circuli superficiem. f. d. g. c. que est. 24. partes et $\frac{1}{4}$ unius subtracta de superficie totius circuli. f. d. g. e. que est. 144. partes et remanet superficies porcionis circuli maioris. g. e. f. que est. 129. partes et $\frac{3}{4}$ unius quod erat secundo propositum etc.

Virge visor igitur seu geometra accipe totius circuli f. d. g. e. superficiem que est. 144. primo numero et superficiem porcionis circuli. g. e. f. que est. 129. et $\frac{3}{4}$ unius per 2° et totius fundi equati seu circuli f. d. g. e. capacitatem secundum virgam seu arte tuam inventa ubi gratia. 40. metretas per numero 3° et duc 2m in 3m etc. et provenit capacitas porcionis fundi equati scilicet. g. e. f. 55. partes et $\frac{2}{3}$ et $\frac{1}{30}$ quod est. 42. minuta phisica. Per que multiplica longitudinem vasis dati et producitur capacitas porcionis vasis que queritur quod erat propositum principale etc.

Finitum anno domini. 1431. in completo Jovis die a 16ma augusti etc.